

Cap. LIIII. Rubrica de habentibus salinas extra districtum Tergesti qui salem suarum salinarum Tergestum conducere possint.

5 **S**tatuimus quod quelibet persona civis vel habitatrix Tergesti, habens suas salinas extra districtum Tergesti, possit et valeat suum salem ¹⁾ ortum in dictis salinis conducere Tergestum sine aliqua pena. ¶ Et quod omnes cives Tergesti habentes salinas in districtu Mugle in contrata sancti Clementis, que fuerint condam domini Otoboni, teneantur conducere ¹⁾
 10 totum salem ortum in dictis salinis ad civitatem Tergesti et non portare ad Muglam, sub pena decem libr. par. ¶ Et quod illi qui solvere debent sexterium de dictis salinis solvant super 271 B arçinos salinarum illis personis quibus de iure solvere debetur. ¶ Preterea si aliqua violentia fieret eisdem civibus habentibus
 15 dictas salinas per aliquam personam vel comune, quod comune Tergesti eisdem prebere debeat auxilium et favorem secundum tenorem suorum iurium. ¶ Et quod ser Andreas condam domini Ieremie et ser Vitalis de Argento conducere debeant totum salem suarum salinarum, scitarum in dicta contrata sancti
 20 Clementis, in civitatem Tergesti seu conduci facere, sub modo forma et condicione prout ser Dominicus // de Ycilino ser Rantulphus Balliarius et Bone de Boniçis conducere tenentur, solventes sexterium comuni Mugle per modum predictum, secundum tenorem suorum iurium et instrumentorum. ¶ Salvo
 25 quod de gratia speciali dictus ser Vitalis ipsum sal portare vel portari facere possit ubicunque voluerit, non conducendo Tergestum, sine aliqua pena.

Cap. LV. Rubrica de pomariis planctandis per comune. R.ca.

30 **S**tatuimus quod quodlibet regimen iudicum quolibet mense februarii teneatur et debeat facere plantari castanareos nugaras mandolarios aulevarios et alias arbores fructiferas in

¹⁾ Aggiunta marginale.